

Commentarii ad nuntia et studia de re liturgica  
 Editi cura Congregationis de Cultu Divino et Disciplina Sacramentorum  
 Mensile – sped. Abb. Postale – 50% Roma  
*Directio:* Commentarii sedem habent apud Congregationem de Cultu Divino et  
 Disciplina Sacramentorum, ad quam transmittenda sunt epistolae, chartulae, manu-  
 scripta, his verbis inscripta Notitiae, *Città del Vaticano*  
*Administratio* autem residet apud *Libreria Editrice Vaticana – Città del Vaticano –*  
 c.c.p. N. 00774000.  
 Pro Commentariis sunt in annum solvendae: in Italia € 25,83 – extra Italiam  
 € 36,16 (\$ 54).

Typis Vaticanis

## ACTA BENEDICTI PP. XVI

*Epistula:* Schreiben von Papst Benedikt XVI. an den Erzbischof von Frei-  
 burg und Vorsitzenden der Deutschen Bischofskonferenz, Dr. Ro-  
 bert Zollitsch (65-71); Gallice (72-77); Anglice (78-83); Italice (84-  
 89); Hispanice (90-96); Lusitane (97-103); Polone (104-109).

*Nuntia:* Messaggio del Santo Padre Benedetto XVI per la XX Giornata  
 Mondiale del malato (11 febbraio 2012) «*Alzati e vâ; la tua fede ti*  
*ha salvato!*» (Lc 17, 19) (110-115)

*Allocutiones:* La preghiera attraversa tutta la vita di Gesù (116-120); Il  
 gioiello dell'Inno di giubilo (121-125); La preghiera di fronte all'azio-  
 ne benefica e sanante di Dio (126-130); Il Santo Natale (131-135);  
 Dio si manifesta al cuore diventato semplice (136-140); La preghiera  
 e la Santa Famiglia di Nazaret (141-145); Il Natale del Signore: mi-  
 stero di gioia e di luce (146-150); La preghiera di Gesù nell'ultima  
 cena (151-155); La preghiera di Gesù nell'ultima cena (2) (156-160);  
 La preghiera di Gesù nell'ultima cena (3) (161-165); Incontro con il  
 Movimento del Cammino Neocatecumenale (166-169).

## CONGREGATIO DE CULTU DIVINO ET DISCIPLINA SACRAMENTORUM

*Responsa ad dubia proposita* ..... 170-171

## STUDIA

Preface VIII of the Sundays 'Per Annum' in the Missal of Pope  
 Paul VI (A. Ward, S.M.) ..... 172-192

## ACTA BENEDICTI PP. XVI

### SCHREIBEN VON PAPST BENEDIKT XVI. AN DEN ERZBISCHOF VON FREIBURG UND VORSITZENDEN DER DEUTSCHEN BISCHOFSKONFERENZ, DR. ROBERT ZOLLITSCH\*

Vatikanstadt 14. 4. 2012

Exzellenz! Sehr geehrter, lieber Herr Erzbischof!

Bei Ihrem Besuch am 15. März 2012 haben Sie mich wissen las-  
 sen, daß bezüglich der Übersetzung der Worte „pro multis“ in den  
 Kanongebeten der heiligen Messe nach wie vor keine Einigkeit unter  
 den Bischöfen des deutschen Sprachraums besteht. Es droht anschein-  
 end die Gefahr, daß bei der bald zu erwartenden Veröffentlichung  
 der neuen Ausgabe des „*Gotteslobs*“ einige Teile des deutschen Spra-  
 chraums bei der Übersetzung „für alle“ bleiben wollen, auch wenn  
 die Deutsche Bischofskonferenz sich einig wäre, „für viele“ zu schrei-  
 ben, wie es vom Heiligen Stuhl gewünscht wird. Ich habe Ihnen ver-  
 sprochen, mich schriftlich zu dieser schwerwiegenden Frage zu  
 äußern, um einer solchen Spaltung im innersten Raum unseres Be-  
 tens zuvorzukommen. Den Brief, den ich hiermit durch Sie den Mit-  
 gliedern der Deutschen Bischofskonferenz schreibe, werde ich auch  
 den übrigen Bischöfen des deutschen Sprachraums zusenden lassen.

Lassen Sie mich zunächst kurz ein Wort über die Entstehung des  
 Problems sagen. In den 60er Jahren, als das Römische Missale unter  
 der Verantwortung der Bischöfe in die deutsche Sprache zu übertra-  
 gen war, bestand ein exegetischer Konsens darüber, daß das Wort  
 „die vielen“, „viele“ in *Jes 53, 11f* eine hebräische Ausdrucksform sei,  
 um die Gesamtheit, „alle“ zu benennen. Das Wort „viele“ in den

\* Epistula Summi Pontificis Benedicti Pp. XVI Archiepiscopo Friburgensi,  
 Exc.mo Domino Roberto Zollitsch, Praesidi Conferentiae Episcoporum Germaniae  
 die 14 mensis aprilis 2012 missa.

## CONGREGATIO DE CULTU DIVINO ET DISCIPLINA SACRAMENTORUM

### RESPONSA AD DUBIA PROPOSITA

An liceat in Missa chrismatis sociari presbyteris etiam diaconos in promissionibus sacerdotalibus renovandis.

R. *Negative.*

Concilium Oecumenicum Vaticanum II in Constitutione dogmatica «*Lumen Gentium*» plane affirmat: «*Presbyteri, ordinis Episcopalis providi cooperatores eiusque adiutorium et organum, ad Populo Dei inserviendum vocati, unum presbyterium cum suo Episcopo constituunt, diversis quidem officiis mancipatum. In singulis localibus fidelium congregationibus Episcopum, quocum fidenti et magno animo consociantur, quodammodo praesentem reddunt eiusque munera et sollicitudinem pro parte suscipiunt et cura gregis dominici sibi addictam sanctificant et regunt, Ecclesiam universalem in suo loco visibilem faciunt et in aedificando toto corpore Christi validam operam afferunt (LG 28)*».

Insuper, decretum de ministerio et vita presbyterorum definit: «*Presbyteri omnes, una cum Episcopis, unum idemque sacerdotium et ministerium Christi ita participant, ut ipsa unitas consecrationis missionisque requirat hierarchicam eorum communionem cum Ordine Episcoporum, quam optime aliquando in liturgica concelebratione manifestant, et cum quibus coniuncti profitentur se Eucharisticam Synaxim celebrare*» (PO 7).

In Missa chrismatis, cui Episcopus in ecclesia cathedralis praeest quamque sacerdotes e diversis regionibus Dioecesis concelebrant, elucet natura ipsa Ecclesiae, Christi corporis, variis ministeriis et charismatibus organice constitutae. Haec praesertim celebratio tamen existimatur «*inter praecipuas manifestationes plenitudinis sacerdotii Episcopi et signum arctae coniunctionis presbyterorum cum ipso*» (Ordo benedicendi oleum catechumenorum et infirmorum et conficiendi Chrisma, Praenotanda, n. 1).

Sicut evincitur ex ipsis interrogationibus, quae in Missali Romano referuntur quasque Episcopus ab sacerdotibus petit, hac die, quo celebratur natale sacerdotii ministerialis, presbyter quisque renovat fidelitatem Christo, oboedientiam Episcopo et plenam facultatem populi Dei ministrandi.

Hac in celebratione, igitur, clare patet quod «*Missa chrismatis [...] est veluti manifestatio communionis presbyterorum cum proprio Episcopo in uno eodemque sacerdotio atque ministerio Christi. Ad hanc vero Missam convocentur presbyteri e diversis regionibus Dioecesis, qui concelebrent cum Episcopo, in conficiendo Chrismate testes et cooperatores eius, sicut in ministerio cotidiano adiutores sunt et consilarii*» (Congregatio pro Cultu Divino, Litterae circulares, De festis paschalibus praeparandis et celebrandis «*Paschalis sollemnitatis*», n. 35).

Ipsam Concilium Oecumenicum Vaticanum II, cum de diaconis alloquitur, eos distinguit a sacerdotibus eorumque naturam definit asserens: «*In gradu inferiori hierarchiae sistunt Diaconi, quibus "non ad sacerdotium, sed ad ministerium" manus imponuntur*» (LG 29).

Ergo, in Missa chrismatis soli presbyteri vocantur, ut renouent promissa sacerdotalia, qui una cum Episcopo participant eidem sacerdotio et ministerio Christi.